

Regnans per omne sæ-culum. A-men.

℣. Dirigátur Dómine orátio mea. ℟. Sicut incénsum in conspéctu tuo.

Ad Magnif. Ant. j. toni.



DEFI-CI-ENTE vi-no, jussit Jesus impléri



hydri-as aqua, quæ in vinum convérsa est, alle- lú-ia.



Cant. Magní-ficat. e u ó u a e.

Oratio Omnípotens sempitérne., ut supra.

✠ In reliquis vero Festis, tam de Tempore quam de Sanctis, semper in secundis Vesp. dicatur super Psalmos prima Ant. Laudum sola, nisi aliter notetur.

✠ Capitulum Dóminus dírigat. dicatur omnibus Dominicis in secundis Vesperis et per Ferias, quando de Tempore agitur, usque ad diem Cinerum exclusive. Dicatur etiam Dominica j. post Oct. Trinitatis et deinceps omnibus Dominicis in secundis Vesperis et per Ferias usque ad Adventum.

✠ Hymnus Lucis Creátor. præcedenti tono cantetur Dominicis in secundis Vesperis, quando de Tempore agitur, usque ad Dom. in Quinquagesima inclusive. Item Dominica j. post Oct. Trinitatis, et deinceps usque ad Adventum omnibus Dominicis in secundis Vesperis, quando de Tempore agitur.

✠ ℣. Dirigátur. dicatur omnibus Dominicis in secundis Vesperis, et per Ferias, quando de Tempore agitur, usque